



HAraldus filius fuit Haldani regis ex Giurtha
uxore. Hic cū eximię formę & præcipue ma-
gnitudinis esset, coæuos robore & statura omnes
superauit. Itaque post patrem rex constitutus, Da-
norum regnum, principum iniurijs laceratum, ad
pristinum splendorem reduxit. Primo enim bel-
lo apud Sialandiam gesto Vuesetum præcipue o-
pinionis athletam oppressit. Inde Hatherum a-
pud Iutiam oppugnatum extinxit. Post hæc Hun-
dingo Roricoq; prostratis Lethram occupat, &
distractum Daniæ regnum in pristinum corpus
reformat. Hisce peractis Ingonem & Olauum bel-
lum parantes, anticipatis apud Suetiam rebus, op-
prexit. Deinde adiutore Vbbœ Frisio, finitimos Rheno populos bello laces-
sivit, & militem eius gentis fortissimum in sua castra legit. Quibus fretus bel-
lo Slaviam pressit, eiusq; duces Duc & Dal ob uirtutem capi potius quam
occidi curauit. Hisce in commilitium receptis Britanniam uastauit, ac uictor
domum rediit. Itaque is nominis sui terrore regnorum uarios motus compe-
scuit, atque eam authoritatem obtinuit, ut nemo maris Germanici dominium
abscq; eius nutu præsumeret. Sic prouincj suis pacatis, per annos quin-
quaginta in summo otio uixit. Tandem uero cum Ringone ex forore
nepote magnis uiribus acie decertauit, & fortiter pugnan-
do occubuit. Claruit is anno Christi 410. Sax.